
R. GOSCINNY **Asterix** A. UDERZO

composuit:
RENÉ GOSCINNY

pinxit:
ALBERT UDERZO

in Latinum convertit:
RUBRI-CASTELLANUS



ehapa COMIC COLLECTION EGMONT


BADAUZ!
DELIRANT ISTI ROMANI!


PAULO MINUS VALEO, PANORAMIX!...
NULLO MODO, OBELIX, POTIONEM MAGICAM ACCIPIES! MILIES TIBI DICEBAM TE NATUM INFANTEM IN EAM INCIDISSE!

GOSCINNY ET UDERZO
NOVUM PERICULUM
ASTERIGIS ET OBELIGIS PRAEBENT

ASTERIX GLADIATOR

composuit: **RENÉ GOSCINNY** pinxit: **ALBERT UDERZO**



in Latinum convertit: **RUBRICASTELLANUS**

ehapa COMIC COLLECTION EGMONT

„Asterix gladiator"
von Goscinny und Uderzo
Übersetzung aus dem Französischen ins Lateinische:
Karl-Heinz Graf von Rothenburg
Vokabularium: Hans-Joachim Walke und Karl-Heinz Graf von Rothenburg
Originaltitel: „Astérix Gladiateur"


Nachdruck 2009
EHAPA COMIC COLLECTION
verlegt durch die Egmont Verlagsgesellschaften mbH
Gertrudenstr. 30-36, 50667 Köln
Verlagsleitung: Georg F.W. Tempel
Verantwortliche Redakteurin: Alexandra Germann
Lettering: Gross und Dinter, Stuttgart
Gestaltung: Uli Faas
Buchherstellung: Simone Nauerth

© 1964 GOSCINNY-UDERZO
Copyright der ersten Veröffentlichung in lateinischer Sprache:
© 1977 DELTA VERLAG GMBH
Copyright der vorliegenden Ausgabe:
© 2009 EGMONT FOUNDATION /EGMONT EHAPA VERLAG GMBH
Beratung in Lizenz- und Autorenfragen: Michael F. Walz
Druck und Verarbeitung: sachsendruck GmbH, Plauen
ISBN 978-3-7704-0054-6

Wer mehr über Asterix und Obelix erfahren möchte –
hier werden alle Gallierfreunde fündig:
http://de.asterix.com
www.asterix.de
www.ehapa-comic-collection.de




ANNO A.C.N.L: TOTA GALLIA, QUAE, UT VIDES, EST DIVISA IN PARTES QUINQUE, A ROMANIS OCCUPATA EST... TOTANE? MINIME! VICUS QUIDAM A GALLIS INVICTIS HABITATUS INVASORIBUS RESISTERE ADHUC NON DESINIT. NEQUE VITA FACILIS LEGIONARIIS ROMANIS, QUIBUS SUNT CASTRA BENE MUNITA BABAORUM, AQUARIUM, LAUDANUM, PARVIBONUMQUE...



QUIDAM GALLORUM

ASTERIX HEROS NOSTER EST, QUI SUBIIT HAEC PERICULA. EI VIRO BELLICOSO HUMILI STATURA INGENIOQUE CALLIDO OMNIA PERICULOSA MANDATA SINE ULLA DUBITATIONE COMMITTUNTUR. VIM PLUS QUAM HUMANAM EX POTIONE MAGICA PANORAMIGIS DRUIDAE TRAHIT...



OBELIX INSEPARABILIS ASTERIGIS AMICUS EST. MUNUS EIUS EST INGENTES CIPPOS COMPORTARE. VALDE AMAT CARNEM APRORUM. OBELIX SEMPER PARATUS EST OMNIA EX MANIBUS DEMITTERE, UT ASTERIGEM AD NOVUM PERICULUM SUBEUNDUM SEQUATUR, DUMMODO APRI ET ACERRIMAE RIXAE APPAREANT.



PANORAMIX, VENERABILIS VICI DRUIDA, VISCA SECAT POTIONESQUE MAGICAS MISCET. IMPRIMIS POTIO QUAEDAM, QUAE VIRES INCREDIBILES TRIBUIT, POPULARISSIMA EST ATQUE GRATISSIMA VICANIS. AT PANORAMIGI ETIAM ALIORUM POTUUM PRAECEPTA SUNT...



CANTORIX BARDUS EST. IUDICIA DE EIUS INDOLE DIVERSA SUNT: IPSE SE INGENIOSUM IUDICAT, OMNES CETERI CANTUS EIUS INCREDIBILES ESSE SENTIUNT. AT CUM NIHIL DICIT, SODALIS HILARIS ATQUE ALACER EST, AB OMNIBUS MAGNI AESTIMATUS...



MAIESTIX POSTREMO PRINCEPS CIVITATIS EST. AUGUSTUS, FORTISSIMUS, SUSPICIOSUS HOMO REI MILITARIS PERITISSIMUS A SUIS COLITUR, TIMETUR AUTEM AB HOSTIBUS. MAIESTIX NIHIL TIMET NISI HOC UNUM: NE CAELUM IN CAPUT CADAT. AT UT IPSE DICIT: „NONDUM OMNIUM DIERUM SOL OCCIDIT."


Parviboni, in castris Romanorum, magna perturbatio et confusio est. nam Caligula Perplexus, praefectus Galliae, Gracchum Cuculum centurionem visitaturus est. nunc Caligula a litore propinquo advenit, ubi triremis eius in ancoris stat.
piiila... sustineeete!
ave, praefecte, maximo honori est mihi te excipere licere.
ave, centurio, statim ad rem!
causa visitationis haec: Romam, ut me recreem, peto et donum pulchrum a me Caesari dandumst, quia moris est... et quidem donum singulare magnique pretii...
primum venit mihi in mentem donum ei e Lutetia afferre, exempli gratia libellum, in quo inscribere possit, quacum domina ad constitutum venire velit. at vulgarius esset.
immo illud ingeniosum habeo: aliquem ex invictis huius regionis Gallis Caesari afferam.
qu...quid?
sed illi invicti maximum, praefecte, vitium habent!
dic mihi quale!
illud ipsum: invicti sunt!
illud ipsum eis magnum pretium tribuit. age, affer mihi aliquem ex iis Gallis neque te umquam paenitebit!
est quidem aliquis, qui minus periculosus videtur, quam alii... Cantorix bardus. saepe solus in silva ambulat, ut Musae ei aliquod ingeniosum afflent...
optime! illum bardum mihi affer! et quidem celerrime!
et in vico Gallorum...
nunc silva me vocat, vos valete!
vale tu quoque, Cantorix!


?!
?
vita, quaeso, silvam, Cantorix!
vix lacrimis abstinere possum, Obelix, cura tua permotus.
reprime lacrimas: te canentem in silva apros fugaturum credo.
at apri venustatem carminum meorum rectius intellegunt quam tu, rustice!
id perspicuum est: canis enim ut aper!!!
hi hi hi! ho ho ho!
homines barbari! rudes! inculti!
in silva...
bardum captare iubemur, bardum captare... facile dictu!
semper me ad pericula capitalia destinant. aequum non est!
tacete! clamorem audio! ramis nos occultemus!
ehem! hic locus maxime idoneus ad canendum!
integer vitae scelerisque purus non eget...
integer vitae scelerisque purus...
illi Galli armis secretis utuntur, quae a concilio Unitarum Nationum Genavensi vetari necesse est.



audite: remedium repperi contra secreta bardi arma... aliquid in aures nostras farciemus!
quidnam?
petroselinum! ubique hoc loco reperire potestis!
in auribusne petroselinum? piget me... ad lanienam abstrahi videor.
nunc iterum in ramos! ubi primum classicum cecinero, bardum aggrediemur!
ne in nares farseris, asine!
paulo post...
quid autem nunc canam?
porro, vete- rani audacis- simi!
??? ce...ce... ceteri non sequuntur!
ah, aliquis artem meam veneratur! nunc demum cantus mei vere aestimantur. mane hic, amicissime, tibi ad chordarum sonum cantabo!
??? quid dix...
gerunt galeas volucres, vivant Celtae...
satis superque! intolerabilissimum est! etiam taces?
nonne audivistis imperatum meum, vos timidi ac trementes?
quid dicis?



ufff! hoc proelium depugnatumst!
hmmm!*
quid dixisti?
detrahe sodes petroselinum ex auribus!
?!
*quaerere vult: quid ad licentiam poeticam?
ave! iussum effectumst! bardum Gallicum cum periculo mortis, imprimis meae, captavimus!
optime! optime!
difficile fuisse non videtur!
cum grano salis – at timendumst, ne Galli se ulciscantur.
ehem, ehem, optime... hic mihi noniam quicquam faciendumst. lecticam mihi apportate! una cum captivo statim triremi Romam proficiscar...
interea...
Obelix! Cantorix, bardus noster, nondum revertit!
bona fama, sed certe brevi aderit!
Asterix! Asterix! Romanos bardum nostrum captavisse vidi!
habesne id pro certo, Malefix?
pullos aprinos venabar, cum hisce oculis egomet omnia vidi!
qualem iocum movent Romani! cur praecipue Cantorigem captaverunt?
utcumque res se habet, haec iniuria nobis ulciscenda est.
LAPICIDINAE OBELIGIS
ATTENDITE!
CIPPI TRANSPORTANTVR
sursum!



o Majestix! Cantorix, bardus noster, nusquam reperiri potest!
me ludibrio habes, annon?
Romani eum captaverunt!
quiiid?
pro Teutates! ut iocosum sit consilium Romanorum, tamen iocus non est neque fieri licuit!
hostes nobis reverentiam praestare necesse est! itaque expeditionem suscipiamus, ut nos ulciscamur! Druida potionem magicam misceat!
paulo post Galli pugnandi cupidi potionem magicam sumunt, quae eos invictos reddit...
at tu non bibes, Obelix! iam milies tibi dicebam te etiam sine potione satis validum esse.
egone validus? numquam umquam! immo imbecillus sum ut omnes!
attende: do tibi hunc cippum pulcherrimum dono!
nudis verbis: numquam!
silentium tenete! Maiestix, princeps noster, orationem habere vult.
socii sociaeque Gallici! in Romanos exemplum statuemus, pro Teutates!
et memoria tenete, unum modo nobis timendumst: ne caelum in cerebrum nostrum cadat!
Parviboni, in castris Romanorum, milites in armis sunt...
et memoria tenete, Romani, unum modo nobis timendumst: ne Galli nos aggrediantur!


Cantorix amissus demum nobis causa voluptatis est!
dic, Asterix: pignore certemus? victor erit, qui plurimos Romanos afflixerit! galeae eorum documento erunt!
hoc ipso tempore Parviboni...
galeas induite!
A...A... Asterix et Obelix ante portas!
succurrite! adsunt!
in castris legionarii spectaculum magnificum praebent, quo celeberrimam rei militaris scientiam demonstrant.
aciem instituite triplicem!
cornua tubasque inflate!
piiiiila prootendite!
invadite, per Iovem!
CRAAAAC
invadere non possumus! Galli nos prohibent!



pugna brevis...
TUX TAX
BING
BONG
BANG
...sed atrox est.
CRAAAC
Cantorigem adhuc reperire non potui. ehem, ibi dominus Romanorum!
BING
BANG
proeliabor usque ad mortem!
visne alapam?
sit! de me actum est! trado me! alea iacta est.
documentum capite ex ea re bardumque nobis reddite! nolite iterum tale experiri!
ba... bardus vester noniam hic est. triremi Romam navigat, ubi Caesari pro munere donetur...
!!!
hic nobis nihil iam faciendumst!
pro munere? vere iocosum!
ecce Asterix! victor sum! una galea deest, quia legionarius quidam galea carebat. omnino contra disciplinam est. eum denuntiare in animo habeo!
Galli se recipiunt. altum silentium post pugnam fit.
bene vivit, qui bene latet, annon?
agitedum, primum castra in ordinem redigite! num omnia neglegere vultis? et attendite: ne quis umquam huius pugnae mentionem fecerit!


paulo post in vico Gallorum...
o Cantorix miserrime, captivus triremi Romam veheris!
tam venustus erat! scrocc! tam eruditus! numquam ore impleto cantabat! scrocc! dolendumst, quod paulum modo consumebat...
hoc ipso tempore...
vix exspectare possum, dum Caesari te offeram!
minime Caesar me dignus est!
citius remigetur!
BONG
BONG
BONG
BONG
TACH
TACH
?!
istos miserrimos verberari veta, Romane! vinculis exsolutus cantum eis movebo, quo animi eorum crescant!
paaarva trireeemis eeeeerat...
erat paaaarva trireeeeeemis...
...quam neeemo umquam consceeendit...
ohe... oheee!
TCHIC! TCHAC! TCHOC! TCHONG!
BOING!
satis est! miserere!
lora praeferimus!
labores quidem nostri non semper iucundi, sed istud inhumanum est. ut primum Gallus obmutuerit, lege artis remigabimus!
o grex asinorum! vulgus admodum impolitum et rude! vos omnes in triremem remigandam damnabimini...i... immo nunc iam remigatis!
BONG!
hoc facto ex me ipso quaerere incipio, num Caesar isto homine dignus sit!
8


Obelix! nobis Romam eundumst Cantorigis liberandi causa!
libenter quidem velim... srocc! scrocc! at quomodo Romam pervenimus? longe remota est! scrocc...
nunc ad litus eamus utque primum occasio oblata erit, Romam navigabimus!
periculosum quidem est, tamen recte dicis, Asterix: bardus noster nobis deserendus non est. cantor horribilis est, attamen sodalis fidus.
etiam sodalis fidissimus!
sequere me, Asterix, tibi ampullam potionis magicae plenam praeparabo.
ego equidem vicarium quaero, qui me absente cippos deferat.
mene ad hoc negotium perficiendum idoneum iudicas?
confido tibi. initio unum modo asporta.
age Obelix, hora discedendi adest!
iam venio, Asterix!
cavete, quaeso!
bono este animo! nisi Romani comes erunt erga nos, non ante redibimus, quam urbs eorum ruinis strata erit!
Asterix, quo nomine aper Romae nominatur?
nominatur singularis porcus. at nescio, num Romae apri sint.
nunc navis nobis exspectanda est.
exspectantes pignore certare possumus: singularem porcum accipiet, qui plures quam duodecim ostreas comedere potest.
en navis! bene eveniunt optata!
nos proximam conscendere sine, ut pignore certare possimus!



haec navis nobis sistenda est!
Asterix et Obelix signum Gallorum veterum dant, quod cuivis, ut consistat, significat. observate pollicem, qui, quo quis ire velit, indicat. qua autem via Romam proficiscaris, magni momenti non est, quod omnibus viis Romam perveniri posse notum est.
nota bene: hoc signum adhuc in usu est, etiamsi raro ad navigationem pertinet.
ista triremis Phoenicia est. Phoenices nautae et mercatores sunt!
quo nomine Phoenices singularem porcum nominant?
Tyro ex urbe Phoenicae venimus. mihi nomen est Epidemais... vitrumne aut res pretiosissimas. aut vestes aut supellectiles emere vultis?
nil emere, sed Romam proficisci volumus!
hmmmmm, navem conscendite!
suntne isti servi?
non sunt! immo vero sodales consociati! tabulas pactionis a me ipso conscriptas non bene perlegerant, priusquam signaverunt. atque ego equidem solus praeses capitalissimus et princeps maxissimus sum.
benigni estis, quod nos nave vestra Romam vehitis...
sponte et ultro Romam vehimur, ubi quidam ex maioribus meis navem suam reliquerit.
estne in terram delata navis eius?
immo non delata, sed vendita, nam melior mercator erat quam nauta.
10



velum apparet in finiente, praeses capitalissime et princeps maxissime!
piratas esse suspicor! nos abripere aut trucidare aut, quod pessimum est, mercem nostram auferre possunt.
et profecto in triremi piratarum...
o innngens corrrnu capri, sodales! capiemus eos! harpagones inicite! haec immanis scapha Phoenicia tantis oneribus impleta nos effugere non poterit.
per diabolum, peream, si effugiet!
hihihi!
cari sodales consociati, vitam nobis defendendam credo!
minime credo, carissime praeses capitalissime et princeps maxissime! pactum enim est, ut remigemus; ne uno quidem verbo, ut pugnemus!
et pactum mutabimus; hac in re aliquid proponere velim...
et ego!
et ego!
et ego!
et ego!
et ego!
et ego!
et ego!
spem in virtute istorum garrulorum ponere non possumus. nobis solis laborandumst!
quo melius est! quo modo nobis maius pugnandi spatium est. ecce, piratae appropinquant... miserandi!
galeas gerunt! pignore de galeis contendamus, ut contendimus de legionariorum!
+24
uno ictu eos affligemus, o innngens corrrnu capri!
vanitas vanitatum et omnia vanitas!
statim conventus omnium sociorum agendus est pacti tractandi causa, interea...
sane tempus peropportunum esse credo...
11


porro, sodales!
TAX
medias in res, Obelix!
iam venio, venio!
TUXXX
RACCC
ignavissime! in mare desilire non ex convento est!
noli, noli id facere!
RACCC
variatio delectat: me primum in triremi pugnare credo...
velim istum mutuum mihi des, ut, quod reliquum sit eius, prorsus prosternam!
paaarce mihi!
RACCC
res pugnis nostris finita! restat, ut ad Phoenices redeamus!
multo frequentiores in talibus navibus piraticis piratas esse crederem.
et postquam amici nostri navem piratarum reliquerunt...
modus miserabilis nos verberandi!


servavistis, quod nobis maxime cordi est: mercem nostram! vobis solis committo: capitis periculum erat!
primum mihi consilium erat, ut vos in proximo portu sub corona venderem. at nunc ut pactum vos Romam veham.
omnia profecto ad lucrum revocas!
quid est? ut sociis meis dicere soleo: ubicumque sumus, in eadem navi sumus, i.e. impensae oeconomicae omnes nos perdent, nisi magnopere cavebimus!
interim Romae...
ave, Caesar!
ave, Perplexe, praefecte Gallorum!
accipe, quaeso, munusculum meum, o Caesar: bardum Gallicum e gente invictorum, quae habitat prope Parvibonum!
laudor, quasi si concha depicta sim! sunt certi denique fines!
bardumne? aliquod mirum est!
diu exspectabis, quoad tibi canam! neque, quid amiseris, intelleges!
gratias tibi ago, praefecte, pro dono singulari... discedere licet!
C. Obesum lanistam venire iubeo!
aha, C. Obesus adest! potesne hunc bardum gladiatorem reddere?
omnino non possum, o Caesar... parum carnis!
nisi me continerem...
desine! proximis ludis eum leonibus obicite!



propius, quo petimus, accedimus. Romam paucas modo horas hinc pedibus nobis eundumst...
aliquantum temporis manebimus, ut merces emamus atque vendamus. cum in tempore redieritis, nobiscum vos in Galliam revehi licebit.
gratias ago, Epidemais!
sursum vexillum!
VENDITIONES
potesne mente concipere, Obelix? si viae hic tam latae apertaeque sunt, quem aspectum Romae demum habent?
ATTENDITE!
VIA LUBRICA
advenimus!
VIA APPIA
ROMA
?!?
iterum de galeis certemus? cum omnibus istis Romanis magnificentissime pugnare possumus.
nobis explorandumst... et quidem me scire credo, ubi explorandum sit!


pro certo habeo nos ibi populares reperturos.
et apros – spero!
TABERNA GALLICA
VINUM AQUITANUM
APER VERV ASSVS
accumbite in his lectis, statim redibo!
Galli sumus!
attonitus sum! populares estis! mihi Cauponix nomen est, iam diu sedem Romae collocavi...
cum satis pecuniae mihi erit, Lutetiae tabernam Romanem instruam.
nos contra quaerimus amicum, et quidem bardum, qui Caesari dono datus est.
?!?
abiit ne ullo quidem verbo usus!
neque mandata nostra accipiens!
visitate me hodie vesperi... domicilium meum ex apro cognosces...
ah! nunc tandem teneo, cur vix manducare potuerim. age, ex altero apro me comperire sine, ubi habites!
?!



bene: vesperi Cauponigem conveniemus – at quid interea agamus?
apri consumendi causa redeamus!
APER VERV ASSVS
en thermae! iam saepe thermas Romanas praedicari audivi. age, lavatum eamus!
vestem, quaeso, ponite in apodyteriis!
nisi animus me fallit, vestiarium significat...
intrate, nobilissimi viri!
nobisne dicit?
APODYTERIA
SVDATORIA
timeo, ne algescamus tam detacti!
sudore multo diffluo!
rogo me, num fenestra aperiri potest...
en aspice, C. Obese, qui semper gladiatores quaesiturus es: quid sentis de istis duobus?
revera non iniucundi sunt, imprimis ille crassus...
CALDARIVM
eo intremus! fieri potest, ut ibi calorem nostrum temperare possimus!
res iocosa, Asterix, pro Teutates!
dixit ´pro Teutates´... Galli sunt!
profecto duri sumus, sed hoc nimium est!
peregrini esse videmini. libentissime vobis balneas monstrabo. saepissime enim huc venire soleo sudandi causa.
vos in frigidarium conferatis oportet inque gelidam aquam mergatis.
in gelidam aquam? iam irruo!
ecce mergum, Asterix! bene attende!
16


SPLASSS
ubinam est aqua gelida?
evasit, cum tu irruisti: alveus et aquam et una simul te non capit.
quanta moles...!
nunc depsi mos est.
depsi?
eia!
TUX
POFFF
sed mos non est aliptas meos affligere! maximi pretii sunt hoc ipso tempore!
tamen iste initium verberandi fecit!
certe fecit, hisce oculis vidi!
quantum roboris!
alias balneas petite!
tempus est nos ad constitutum venire!
hic habitat Cauponix... istud aedificium „insula“ nominatur. est quidem domus, in qua alii super alios habitant.
delirant isti Romani!
illis duobus mihi opus est. arcessam!
scalis habitat tribus.


uff! tabulatum tertium!
delirant isti Romani!
tempus ne triveris! potius ostium pulsa!
dictum factum!
III
CRACCC
dixi ´pulsa´ neque dixi ´frange´!
desine clamare! pulsare et frangere mihi eandem et unam rem esse non ignoras!
eho! quid hoc sibi vult?
da veniam, domina! hicne habitat Cauponix?
immo! illic!
pulsatum eo...
CRACCC
noli quidem unum ostium tangere!
iterum iterumque clamas! num ego clamavi, cum tu nos in balneas abstraxisti paulo ante?
et quid ad portam? num destructam relinquere vultis?
silentium, per Iovem! excitatis dormientes!
intrate, intrate!
per Mercurium, tu es impudens, qui totas noctes fidibus canis!
tacedum, per Vulcanum, qui omnibus kalendis lasciva symposia agis!
habitas lepidissime...
oh, omnia angustiora sunt: cubiculum, culina, triclinium – praeterea aqua apportanda est ab aquae ductu...
quod est nomen huius generis mansionis?
HLM – habitatio Latina mixta.
18



revera quosdam de bardo rumores excepi, quem praefectus Gallorum Caesari dono dedit.
dicitur autem bardus paucis post diebus in circo leonibus obiectum iri.
!!
liberabimus eum!
non poteritis, quod iam in cellula circi inclusus est, ubi nemini facultas effugiendi est!
BAMM
at cavete! est enim alia res gravior: vos, ut bardus, sine dubio ii famosi Galli invicti estis; Roma ex urbe vobis fugiendumst!
nam C. Obesus, qui exercet gladiatores, viros requirit ingenti robore, ut in circo pugnent! et Galli invicti potissimum quaeruntur.
bardum liberabimus!
femina princeps esse vult neque pro servo quidem solvere potest, qui rem familiarem curet!
sine dubio domina princeps sum et domina princeps nunciam tibi dicet, quid de te sentiat!
delirant isti Romani!
nisi statim silete, publicos arcesso!
en exeunt!
aggrediuntur nos!
benigne!
aspice huc, Asterix! novum artificium repperi: eos non tango, tantum concutio.
satis iam est, Obelix, dimitte eum!
silete vos infra tumultuantes, clamorem nostrum in domo audire noniam possumus!!!
19


hoc hospitium contra circum situm nobis exoptatissimum est. quaeramus, num hic pernoctare possimus.
esto!
HOSPITIVM AD CIRCVM
incertum est, num hoc tempore nos accipiant.
pulsem.
paulo post...
stat nox viginti, porta quadraginta sestertiis.
TOC TOC TOC
eodem tempore apud C. Obesum lanistam, qui exercet gladiatores...
tenetisne iam eos?
non tenemus, domine! una nobiscum ire von voluerunt.
at posco eos, seu velint seu nolint! omnes qui ire possunt, eos quaerere iubeo!
mane postridie...
dormivistine bene, Asterix?
optime, Obelix. nunc prandiculum sumamus!
aliquem ex circi custodibus nobis conciliare conemur, ut ubi Cantorix captus teneatur cognoscemus.
oh, domine, estne tibi petroselinum?
petroselinum? quorsum est opus?
ut aures mihi obstruam. captivus mihi servandus est, qui canere – horribile auditu! – pergit.
Cantorigem dicit!
sine ulla dubitatione eum descripsit!
20


illum custodem interrogemus oportet, sed ei suspicio inferenda non est.
scilicet oportet!
heus tu! ubi Cantorix bardus in vinculis est?
?!
est in cella subterranea XVIII, at est res occultissima!
nunc autem stupes annon?
postea...
age, eamus in circum! paulum potionis magicae sumam.
hoc est consilium meum: omnia demoliemur, donec Cantorigem reperiemus, deinde cum eo aufugiemus!
euge consilium callidissimum!
state! non licet trans...
...ire!
cella XV... cella XVI... cella XVII... appropinquamus.
nonne adhuc certamus de galeis?
cella XVIII vacat!
au! quid? vos duo, quid agitis hic?
21


dic sodes, ubi bardus est!
nunc in tertio tabulato subterraneo est. vox eius perferri noniam potuit. nolite, quaeso, me iam verberare!
TAC TAC TAC TAC TAC
ad arma! ad arma!
per has fauces evolemus!
nullo modo! excurrimus hac via!
nemini licet...
consulamus Cauponigem nostrum...
et quidnam illi duoviri voluerunt?
paulo post...
praemonui vos! circum intrare nemini licet nisi condemnatis, leonibus, gladiatoribus.
SNIFF SNIFF
interea apud C. Obesum...
duo Galli bardum liberare conati sunt? mihi persuasum est illos duoviros amiculos meos, Gallos invictos, esse!
omnes mei per urbem vagentur, et quidem terni viri! volo illos Gallos! huc adducendi sunt!
si res parum succedit, Galli ubique praemandatis requirendi sunt! decem sestertia accipiet, qui illos duo invictos ceperit.
avolo, o domine!
paulo post.
exeunt!
TABERNA GALLICA
APER VERV ASSVS


porro, Quirites!
VAM
piget me dictorum Cauponigis.
VUM
me quoque! cum talia dicta audio, vires me deficiunt!
dixit circum intrare nemini licere nisi condemnatis, leonibus, gladiatoribus.
pellibus leonum nos occultemus?
TABERNA GALLICA
venitur!
crassior es quam pro leone!
si id providissem!
tandem bardum liberemus oportet!
certe oportet!
aufugiamus! vigiles accedunt!
quid hoc rei est? sequimini nos sponte et ultro! nos septem, vos modo duo estis!
revertamur in hospitium!
porro praesidiu... fff!
nonne tibi quoque illi homines miriores videntur, Asterix?
HOSPITIVM AD CIRCVM
homines? quinam homines?
23


DECEM SESTERTIA
ACCIPIET, QUI CEPERIT DUO PERICULOSISSIMOS ATQUE INVICTOS GALLOS, ALTERI, PUSILLO ET FLAVO, BARBA EST ET GALEA PENNATA; ALTERI, CRASSO ET RUFO, BARBA ET NEXI CRINES SUNT.
C. OBESUS LANISTA
in hospitio ad circum...
mihi aliquid in mentem venit: gladiatores facti circum intrabimus!
ain tu?
at quomodo fiemus gladiatores?
Romanum aliquem interrogemus necesse est... et nobis tantum ille Romanus, qui thermas frequentare solet, notus est... ergo eamus in thermas!
et ante thermas...
THERMAE
decem sestertia... ingens pecunia est!
urgenter egeo ea pecunia!
ecce!
ego primus eos vidi!
non tu primus, sed ego!
?!???
mentitur! mihi sunt illa decem sestertia!
abite in malam rem, date viam! non est nobis tempus!
delirant isti Romani!
iterum vos, homines nequam? me iam dixisse credo...
vaaah! exue sodes soleas, cum vis lavari!
SPLASSS



illum Romanum adesse spero... dixit nobis se huc venire solere et Romani cottidie lavantur.
delirant isti Romani!
eccum!
semper hic maxime caletur... at cur nemo fenestram aperit?
Galli! ergo non capti sunt! veniunt, ut se ulciscantur! actum est de me!
te ipsum quaerimus!
audite me, omnia explicabo...
bene contingit! quomodo quis Romae gladiator fit?
gla... gla... gladiator?
melius vobis contingere non potuit. ego enim C. Obesus sum, maximus lanista!
maxime, exerce nos!
agitedum, ite mecum! extra arenam nulla salus!
at tibi iam dixi me invitum in piscinam incidisse!
tamen taedet me! soleas antea deponere potuisti!
qu... quid hoc rei est?
oh, isti homunculi nos impedire volebant, quominus thermas intraremus.
delirant isti Romani!
!?!
o quae exquisita materia ad ludos gladiatorios parandos! Caesar me sestertiis obruet!
25



primum eos mihi conciliem necesse est, ut pactionem faciamus, qua in meo potestate sint.
agite, eamus ad me gustulumque sumamus!
maxime benignus es!
etiam magnam cenam haud repudiarem.
gustate haec... hae artocreata novissimo praecepto tosta sunt maximoque pretio stant. additamenta sunt haec: linguae lusciniarum e Gallia septentrionali, ova piscium rarorum ex Ponto, gingiva pagurorum ex ora Hispaniae ad orientem spectante importata...
nonne iucundissime sapit?
GLUT GLUT
salsum est!
!
satis iocorum, per Iovem! subscribite!
iuvat me! surgite! **Pedicule!**
Pedicule! ecce duo tirones! exerce eos, dum sudore diffluant!
diffluent, lanista, diffluent!
dic mihi Asterix: estne iam cena finita?
salsum! attatae, nesciunt, quae iucunde sapiant, homines barbari! affer mihi pultem e pellibus hillarum decoctam!
SNIPP


haec sunt castra gladiatorum. statim initium faciamus exercendi!
peropportune evenit, nam tempus non est!
gladiatores pugnacissimos vos reddam, delicias spectatorum. vexabo vos!
comae mihi iam vexatae sunt!
nisi taces, Asterix, risum noniam continere potero!
age, obese venter, pulsa me!
licetne, revera?
hehe!
?
Z Z Z W W f f f F
hoho!
!
Z Z W W f f f F
Asterix, dic ei, ut consistat immotus!
nunc meae partes sunt!
TUXXX
Z W f f f FF
?/?/?/
aspice: ego numquam moveor!
et nunc, pusille amicule, conare me...
BAMM
nonne vidisti, Obelix? paulo celerior sis oportet!
balnea, quibus te auctore usus sum, me infirmaverunt!
27



teneo vobis oculum!
Pediculus noster furit! cavete, ne vobis cutem detrahat!
attamen nos videre non potest, quia oculi ei tument!
desine! vix risum tenere possum!
heus tu, retiarium te reddam!
quidnam id est?
tridentem, quem nunc fustis figurat, et rete ad exercendum accipis. adversarius tibi rete implicandus est ut piscis!
nonne tibi quoque fustis est?
mihi non est, quia ego non exerceor!
scilicet!
age, defende te!
eia, quidnam facis?
FLOPPP
haec est mea ratio piscem capiendi!
fures! expedite me!!!
eccum! eccum!
nunciam ad te, amicule! sta sodes immotus!
ah! intellegis nunc, quam molestum id sit?
SOCCCC
revera optimus ecercitor!
28



contra factum non valet argumentum!
Pediculus receptui canit.
exercitiis non finitis?
novum quendam ludum excogitavi: ego aliquid ex vobis quaero, vobis respondendumst, sed vocabulis „ita“, „non“, „niger“, „candidus“ non utendumst. qui tamen utitur, perdidit.
ita! ita! ita! ita!
perdidisti!
non perdidi!
iterum perdidisti!
iustum non est! nunc stomachor!
ha! ha! ha!
interea...
pretium debitum mihi solve! eo munere me abdico. abhorreo ab illis Gallis. redibo in officinam patris!
?!
hehe! illos tirones singulares, qui Pediculum enervaverunt, videre cupio.
XLVI
qu... quid agitis?
novo ludo delectamur. visne colludere?
non colludo!
perdidit! perdidit! perdidit!
auctoramenta non solvi, ut talem ludum ludatis!
29
esto! aenigmata solvamus.
TOC TOC TOC



et nunc, gladiatores, pergite exercere! Caesar me vocat...
nos quoque per urbem ambulemus! visne?
nulla mora est!
state, gladiatores! castra relinquere vobis non licet!
abice hanc galeam, Obelix! ridiculum quidem est!
at nemini nocet!
urbes nostrae aetatis mihi valde placent, sed paulum frigidae sunt!
eamus ad illos homines tabulam legentes, quae in muro est fixa!
eodem tempore...
o Caesar! huic tabulae index ludorum circensium inscriptus est. tales tabulae tota urbe muris affiguntur eo ipso tempore.
si ludi populo placuerint, sestertia tibi dabo, si non, te leonibus obiciam!
GRANDES LVDI CIRCENSES
C. OBESVS MVNERARIVS
BARDVS GALLICVS LEONIBVS OBICITVR
ASTERIX & OBELIX GALLI INVICTI
libet... at cave, ne Galli evadant! maxime attractivi sunt!
diligentissima custodia asservantur, o Caesar! hihihi!
nunc tandem illud singulare praedium in regione Sterni situm emere possum...
ecce, ibi Obesus noster ambulat!
?!
revera! ad hunc eventum paratus non eram!
30



qu ... quid?!? reliquistisne castra?
catalogus tuus nobis placet, sed mutandus est...
ASTERIX & OBELIX GALLI INVICTI
quam delectatur aspectu nostro!
bene evenit: monstra sodes Romam nobis!
mon... monstr... monstrare?
PACH
aequam memento rebus in arduis servare mentem!
pactum!
nunc sumus in foro!
doleo, quod simulacra omnia, quae videmus, nobiscum ducere non possumus, cum in Galliam revertemur...
non dubitare videmini, quin viventes arenam relinquatis.
nobis persuasum est!
ne metueris de nostra vita!
?/?
quid, si meum nomen in pyramidibus vestris scalperem?
et nunc nos ad magnum convivium invita!
at ne iterum nobis cibos tam obscenos apposueris quam nuper; nihil, quaeso, nisi apros!
omnes cibis valde delectantur... rectius: paene omnes...
hoc unum, Obelix, Romanis concedendumst: convivia egregia apparare possunt, annon?
ham! glut! cracc! gl... ut dic... ch... is! scracc!
patientia adhibenda est! in arena noniam ridebunt!
tempus est, in castra redire... nos molestos fuisse non spero!
aper mihi asportandus fuisset pro viatico...
31



dies praetereunt et gladiatores sibi ventres implent...
primum est initium anni, secundum: tranforma ´cingere´ in modum imperativum singularis, tertium est deus Germanorum tonans, quartum est vicesima tertia littera alphabeti, omnia Caesar non amat, sed devicit, quid est?
cerni potest C. Obesum magis magisque macescere...
idiotae! etiam atque etiam delectantur his stupidis ludis neque exercentur! ah! despero de certaminibus!
haec est solutio: ver, cinge, Thor, x... Vercingetorix!
o, o, o, aenigma difficilius!
cras erit dies certaminum! hodiema nox vobis inertibus est ultima in circo acta!
iam nemo nostrum collusores suos verberare vult, Asterix!
quiescate! vos in arena de vita non dimicaturos promitto.
agmen gladiatorum lascivorum circum intrat...
hihi! hihi!
noli me tangere!
dic postico socio: Obesus asinus est!
satin´ sani sunt?
nescio quidem. include eos!
o Cerbere! duc nos ad bardum, amicum nostrum!
neque Cerberus sum neque vos ducam!
radios portae ferreos quatiemus, donec nos ducas!
agitedum, quatite in aeternum!
CLING
CLANG
CLONG
desistite! ne quid deleveritis!
ah! nunc tandem officiosior es in nos!


consentio, sed tantum quia mihi ratio est reddenda omnium rerum!
aperi, Saccule, Rictus pulsat!
POC POC POC
mirum quidem est, non respondet...
sine me pellam!
CRACCC
eiii! noli delere portam!
quid est? cur non respondes, cum pulsatur?
quid dicis?
PLOPP
ut frangantur cippi amor meus manet usque ad mortem...
nonne audis? pergit!
noniam ferre possum, noniam ferre possum, snifff!
Cantorix!
Asterix! Obelix! omnis salus ex Gallia!
te liberare volumus!
oh, illi miserrimi Romani timorem mihi non iniciunt. tamen me vos videre magnopere gaudeo!
nos gladiatoribus, amicis nostris, adfore promisimus. ludis peractis statim in Galliam revertemur!
optime! curiositate ardeo ludos videndi, de quibus iam multa audiebam.
paene oblitus sum: noli, amabo te, cantare, dum adsumus!
qu... quid? homines barbari! ignorantes! rudes! agrestes!
paulo post...
vinum album amo non magis quam atrum...
vae misero mihi! quaevis tibi dabo, si modo te miserebit mei! desine, amabo, crocire!
33




vulgi frequentia se ante circum premit...
lavate togas Superpersilico et erunt neque candidae neque candissimae, sed Su-per-per-si-li-cae!
libellos munerarios offero!
parcite podicibus! utimini pulvinis!
guchdate fardschimina Arverna! non crachificant voch!
in rotunditate circi maximi sonitus tubarum Caesarem ad sedem honoris pervenisse pronuntiant...
TARATA Riiiiiiiii
PANEM ET CIRCENSES
vivat Caesar!
ave imperator
omnes dictatori applaudunt...
CLAC CLAC
CLAC CLAC
CLAC
CLAC
CLAC
CLAC
CLAC
tu quoque fili!
CLAC
CLAC
CLAC
CLAC
CLAC
CLAC
CLAC
iste Brutus... aliquando furcifer mihi difficultates afferet. *
CLAC
CLAC
CLAC
*apud Romanae historiae scriptores scriptum legitis veritatem huius dicti paucis annis post manifesto apparuisse.
certamina incredibilia videbis, o Caesar!
spero pro te – si non de te actum est!
ludi initium capiant!
GLUUUT



SEMPER BIBITE
VINUM VERE ORIGINALEM
ET CVRIS LIBERI ERITIS
valde dubito, num spectatores cupiditate talium interiectionum inflammati sint.
ut sit ita, tamen eo modo arenas circi emere possumus.
iam curriculum equorum videbis!
interea sub cavea malum quoddam ortumst...
cur auriga nondum in curru est?
laborat ex intestinis... poculum vini originalis hausit.
attattattaee!
aliud curate, nosmet ipsi vos adiuvabimus!
?!?
ecce Gallos!
in cellulis esse debetis pariter ac alii gladiatores! scandalum est!
nos quoque spectaculo gaudere volumus... ceterum rectore currus indigetis. en, rectores praesto sunt!
ottottottooo!
age, Obelix!
iam volo, Asterix!
tenesne? ego equidem regam equos, tibi autem, qui propius accedunt, e medio tollendi erunt!
pactum!
duone aurigae quadrigas agitant? o tantam crudelitatem in equos!
35


aurigae equos vehementer agitant...
ille truncus nos non praetermittit!
RAM
eiiii!
si isti duoviri appropinquant, eos flagellis verberabo!
CLACC
tu perge, Asterix, hic autem mihi curandus est, risum movebo!
?!
nonne manus abstines? emitte me stante pede!
licet eum mittere, Obelix! iam vici!
vaeeeeee!
SIRRRRR
BOING
iooo, triumphe! per lovem! plaudite cives!
populus contentus videtur... ita mihi placet!
i... ita! aliquid iocosi ludis inserui... putabam id populo placere...
ave Caesar!
atqui ludi non in toto iocosi esse debent!
itaque nunc videbis hominem quendam a leonibus devorari.
36


maneamus hic, parati ad interveniendum... utcumque res se habet, aliquid potionis magicae hauriam...
nolite timere, omnia bene evenient! paulum modo inquietus sum ante actionem meam...
quid agitur, mi Iuli?
no... non ita politi sunt...
emittite leones!!!
RORRRRR!
GURRRRRR!
extrema fame laborant, quia, postquam capti sunt, tantummodo lacte concreto vescebantur!
o mi Iuli, quam commentariis tuis delector!
abrepite vos hinc!
vae auribus!
iaauuu!
accch!
iauu!
acchacchacch!
cantabo, homines barbari! numquam auditorium maius me canere audivit, hac occasione liberrime fruar!
et nunc universi omnes canamus...
pu- pu- pu-ellae olalalala Ro- Ro- Ro- Ro-mae...
TOC TOC TOC
ex auribus meis, per Apollinem!
o facinus indignum! omittite me!
hi! hi! hi! hi! hi!
37



*revera Caesar circum calvus reliquisse dicitur


iste murmillo, qui in medio est, aliquid ex ceteris quaerit, aliis respondendumst, sed numquam vocabulis „ita“, „non“, „niger“, „candidus“ utendumst. qui tamen utitur, eliminandus est.
dic mihi, Thrax: qui color arenis est?
arenae clarae sunt!
dixisti „candidae sunt“!
non, omnino non dixi „candidae sunt“!
?/?
?/??
perdidisti! perdidisti! elimina te!
ha! ha! ha! ha! ha!
date veniam! licet mihi Caesarem rogare, num poenam remittat!
magnum Caesarem ludibrio habere audes, per Iovem, atque id in circo maximo, palam ante oculos ducentorum quinquaginta milium spectatorum! non huc veni, ut nugas aspiciam!
pugnate verberones!


Romane! plagas videre vis! videbis! mitte nobis legionarios tuos! Obelix, amicus meus, atque egomet ipse cum iis pugnabimus! at omitte illos miseros!
capio, vir Gallice! tu me ludibrio habere vis. esto! **cohortem legionis decimae mittite!**
vos ceteri sub cavea ludere pergite!
ita, sed quid ad me? utrum eliminatus sum annon?
potionem magicam, quae restat, hauriam...
quid? quid? iterumne galeas colligemus?
age, veniant! an eos invitemus?
optime! ecce adsunt!
HIC! HAEC! HOC! HUIUS! HUIC! HUNC! HANC! HOC!
arma abicite! ...diu me delectare volo... isti duo Galli nudis pugnis affligantur!
non consentio! aequum non est arma iis proicienda esse!
VAP UUUL OOO
BONG BANG
venis? ego equidem iam coepi!
40




*quandoque bonus dormitat Cantorix!


oro te, ut bardo nostro libertatem des et nos in Galliam redire sinas, ne nobis iterum exercitus tuus verberandus est...
denique te oro: gladiatoribus libertatem da, ne in futurum alius alium crudelissime trucidare debent!
consentio, vir Gallice!
quid? res Iam acta est?
et aliud beneficium a te peto, Iuli...
an vides, vides? ludi magnopere placuerunt!
nobis, amabo te, C. Obesum lanistam commoda! sequatur nos in Galliam; cum in Galliam reverterimus, eum statim tibi remittemus.
pactumst, per Iovem!
at ego... at ego...
quidnam mihi afferetis?
exemplum in te statuemus, per Belenum!
vivant!
Galli!
vivant gladiatores!
vivat Caesar!
quid mihi accidit?
quod tibi iterum accidet, si canere audebis, antequam in Galliam redierimus!
periculum non est! numquam iam margaritas ante porcos iactabo!
ubinam sunt ruinae domus, quae in caput meum cecidit?


postquam plures horas pedibus profecti sunt...
o Epidemais, mercator Phoenicius, vehisne nos in Galliam, ut promisisti?
per Agenorem, bene mihi noti estis?!?
navem conscendite, amici! maximos quaestus feci, vendidi omnia et nunc novas merces importandi causa revertar!
et quid ad illum?
est necopinatum donum sodalibus tuis consociatis!
mi... mihi uni atque soli in Galliam remigandumst?
id tibi documento erit, qui ex viribus aliorum hominum fructum ceperis!
canendo animum tibi confirmen?
noli!
incredibile est!
maximus est!
mirum!
CACH. CACH CACH CACH CACH
nonne istum Romanum sodalem consociatum reddamus?
consilium singulare est, praeses capitalissime et princeps maxissime!
aaah!
ut praetermittamus piratas aliquos incursionem fecisse, amici nostri sine mora in Galliam versus navigant...
malum! iterum eisdem sceleribus occurrimus!


postremo clamor triumphalis auditur...
Gallia!
iooooo, per Teutatem!
gratias tibi ago, Epidemais, pro vectura, promitte mihi te illum Romanum reportaturum salvum neque venditurum!
at numquam venderem sodalem consociatum!
praeterea amicum!
C. Obesus nobis omnibus carissimus et irreparabilis motor est!
age, carissime sodalis consociate, negotia maritima promoveri cura!
heroes nostri, postquam in viculum suum reverterunt, praeclarissime celebrantur... et nisi aliquod improvisum Cantorigi invito accidisset, certe cantavisset!
hoc loco amici nostri nos relinquunt – sed brevi redibunt!


BADAUZ!
DELIRANT ISTI ROMANI!


PAULO MINUS VALEO, PANORAMIX!...
NULLO MODO, OBELIX, POTIONEM MAGICAM ACCIPIES! MILIES TIBI DICEBAM TE NATUM INFANTEM IN EAM INCIDISSE!



anno a.C.n.L: tota Gallia, quae, ut vides, est divisa in partes quinque, a Romanis occupata est... Totane? Minime! Vicus quidam a Gallis invictis habitatus resistere adhuc non desinit.

€ 12,70

€ 12,70 [D] / € 13,10 [A]

www.asterix.de
ttp://de.asterix.com
www.ehapa-comic-collection.de

ehapa COMIC COLLECTION EGMONT